

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 1498

**Autre(s) référence(s) :** Fauroux 52 / Tabuteau 143 / ARTEM 1891

**Auteur(s) :** Richard II, Normandie (duc)

**Bénéficiaire(s) :** Saint-Wandrille-Rançon, Saint-Wandrille (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** douteux

**Datation :** [1024-1026]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard II énumère les dons faits à Saint-Wandrille par son père Richard Ier : l'emplacement de Fontenelle et ses dépendances, de Gauville, Rançon, Caudebec, « Ansgotmolins » (auj. Sainte-Gertrude), la moitié de Louvetot, Betteville, la moitié de Gueutteville ; deux hôtes à Ecretteville et à Cliponville.

En sus Richard II concède sur ses biens personnels le domaine et l'église de Livry, avec l'église de Mesnil-Patry ; l'église d'Argentan avec les chapelles de Chiffreville, de Coulandon, de Mauvaisville, de Sarceaux ; la terre de « Manninc » et de « Bruninc » à Creppeville ; diverses terres à Vaudreville, un bois à Canteleu, une terre à Bertreville ; l'église de Bertrimont ; une terre à Véralval ; la terre et l'église de Hautot ; en Bessin, la terre de « Calmuçon », avec l'église de Caumont, quatre hôtes à Basly ; la dîme du tonlieu de Rouen ; la dîme de la vicomté et du tonlieu d'Arques ; l'église de Saint-Laurent de Rouen et ses coutumes, trois arpents de pré à Quevilly, les deux tiers d'Ectot[-l'Auber] ; la terre de Longuemare et cent acres à Yvetot.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, BnF, ms. lat. 16738, pl. 2.

### Copies manuscrites

B. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 27 (3). Copie interpolée du XIIe siècle

C. Copie falsifiée de la fin du XIe siècle, Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 16 H 27 (4) .

### Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 52, p. 165-168.

## Dissertation critique

1024-1026, et plutôt 1025-1026. Sur la datation de cet acte, voir FAUROUX, p. 166-167.

Texte établi d'après a

Nutu Dei Normannorum comes Richardus pacem, prosperitatem in Deo hæc juste legentibus vel legendo accipientibus. Divina dispositione nichil est aliud fide renatos conversari in terris et in spe celestium rebus ditari terrenis, nisi caritatis ardore æterna lucrari temporalibus et bonos imitando bonis insudare operibus. Quorum

vitas imitari quisquis pigritatur sua judicabitur et speciali negligentia nec per ignorantia nomen ejus excusabitur culpa quando quidem non solum viri unius temporis inter se sui alternant cogitationes et facta, verum etiam quibuslibet divine providentia donis non latent posteros primorum mores et opera. Personae enim et studia ad invicem inter noscuntur visu vel vocis ministerio ab invicem vero spatio vel intervallo distantium auditu tantum et rerum inditio. His itaque notionis generibus multis veterum vel novorum ante cognitis, horum aemulator fieri satagens, saltem in minimis, ad promerendam quamcumque manssionem in domo patris familias, auxi ex meo quamlibet ex parvo nonnullas sanctae matris aeclesiae parroechias. Quarum unam in Normannica provintia, primo a sancto Vuandregisilo in honore almi Petri, apostolorum principis, simulque doctoris gentium Pauli constructam, deinde ab ejus successoribus in ipsius precipui confessoris nomine nomen abbatiae sortitam. Quibus bonis a patre meo vel antiquioribus donatam invenerim (sic) mixtim retexam, quibus ego ipse auxerim separatim expediam. Haec namque sunt nomina villarum ibi per eos pertinentium : Fontanella, ubi constructum esse videtur illud monasterium, quod pristino nomine sic est dictum cum viculis ad ipsam respicientibus, videlicet Got villa, Resentio, Caldebec, Ansgot molins, Luve toth dimidius, Bettevilla, Guttavilla medietas et in Scrutavilla duos ospites atque in Clipon villa similiter duos. Excipiuntur itaque quamplurima quae per eos inibi conse[crata fuere benefic]ia in villis et nemoribus, aquis multisque possessionibus, quorum multa sublapsa temporum antiquitas tegit et plura [detecta iniquitas rectitudini contr]adicit. Super haec igitur ex meis haec ibi addidi facultatibus : Liberi[acu]m cum ecclesia et omnibus suis apendi[tiis, ecclesiam ejus et terram uniu]s carruce sufficientem cum ecclesia Maisnilpatric, ecclesiam Argentonii cum [ca]pellis et decimis videlicet Seicfredae villa, [ Corlandi, Maitvoitville, Sar]cels et terram unius carrucae sufficientem, in Crispavilla terram Manninc et terram Bruninc cum .IIIIor. alodariis, [in Waldrevilla terram Rodulfi] et Engelranni cum uno molendino, in Cantolupo quandam particulam saltus et in Berteric villa terram Rainard[i] : in quibus nichil amplius quam [novem hospites et dimidius unoque cotta]rii inveniuntur ; in Berteric mont terram Dodini cum ecclesia, in Warelvuast terram Dodelini et in Hototh terram [ejusdem cum ecclesia ; in pago Baiocassi]ni terram quam vulgo dicitur Calmuceon, quam dedit Odo eidem loco cum ecclesia de Cal[v]omonte, me autorizante ; et in [eodem pago in villa que dicitur Basler ] .IIIIor quos dedit Gedefridus supradicto loco ; et insuper decimam totius telonii quod Rotamagi accipitur. Simi[liter illam decimam vicecomitatus et th]elonei concessi huic loco quod ex Arches (sic) accidit michi et, in suburbio supradicte urbis. Sancti Laurentii ecclesiam [cum hospitibus et terra ad eandem ecc]lesiam pertinente, cum omnibus consuetudinibus quas ipsa persolvit ; et in eadem urbe domum unam ; tria arpenta [pratorum in Chevillaco ; villam unam inibi con]cessi totam, excepto tertiam partem quam tenent alodarii cujus vocabulum [E]scetoth, cum omnibus suis apenditiis. [Item terram in Langomarra unius] carrucae sufficientem, cum quadam portioncula silvae, in Ivetoht centum acros terrae. [Hec ergo ad comparationem bona facientium nulla], ad edificationem male viventium aliqua, ad obviandum meorum multitudini scelerum pauca, ad michi sub[veniendum meorum multitudine par]va. Sed ea hic scribendi extitit causa : eodem tempore abbas ejusdem loci Gerardus apud me studuit meritis [optinere et precibus ut confirm]arem autoritate nominis mei quae ad predictum locum dicaveram, vel antecessores mei ceteri. Cujus petitioni, quoniam [alieni avidos incon]veniens, spon]taneo cessi affectu in futurum precavens et non solum tunc verbis sed etiam his adhuc litteris autorizo [quibus nisi absentibus presens presentialiter innotesco. Quin etiam, ut cepta b]reviter prosequar, haec elementa ideo per me disponuntur universis non tantum presen[tibus sed adhuc in mundo futuris, quatinus violentis in testimonium], mansuetis vero sint in exemplum. ...signum + Mathildis ... [ R]o[t]berti filii comi[itis] ... Signum... regnant to (?) ... an... II (?)....